



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confitendi Ratio Doctoris Martini Lvtheri Avgvstiniani
Vvittenbergensis**

Luther, Martin

Vvittenberg[a]e, 1520

VD16 L 4238

Exempli gratia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33377

¶ EXempli gratia.

De illo præcepto, Non moechaberis, cito dixerit, quò mō libi-
dini cesserit vel opere vel verbo vel consensu, velut fetorū cum
om̄ibus membris & sensibus in eo præcepto describens, Quid
ergo quinq; sensus, peccata mortalia, & aliud pelagus distin-
ctionū oportet adducere frustrat. Ita in illo, Non occides, cito
dixerit, qua specie irē peccauerit, an odio, an detractiōe & ma-
ledictiōe, an opere ipso, Sic in ceteris, sicut dedita opera cona-
tus sum in p̄ceptorio meo, & schedulis decalogorū mōstrare.

Cōtra hæc nihil moueat, q̄ in decretis de pe. & quarto sens-
entiarū aliter tractetur ista materia, plena sunt om̄ia humanis
cōmentis, Nec mirū, q̄ sumpserunt sua om̄ia ex libello quo
dam apocrypho & indocto, qui de vera & falsa p̄nā B. Au-
gustino inscriptus, ubiq; titulo mentito celebratur.

¶ DECIMO.

In facienda confessione diligenter obseruari oportet, vt
multo discrimine discernantur peccata, quę cōtra diuina mā-
data, & quę contra humana statuta commissa sunt. Hoc dico,
quia hodie inualuit infania, vt quę cōtra decreta pontificū pec-
cantur, mira cura obseruentur, quę cōtra deū vero, vel parua
vel nulla. Exemplis tibi notū faciā. Inuenias sacerdotes, & reli-
giosos, qui si in Canone missę vel syllabā titubent, aut repeāt,
nescio quod velut monstrū exhorrescant, cū hic vel naturalis
linguę defectus vel casus quispiam nullū peccatum fecerit.
Porro nullus est, quin confiteatur sese distractū fuisse, sua p̄pa-
ratoria nō legisse, aut alias anillissimas nugas. Fuit vnus, q̄
ter accito sacerdote, in altari iam celebrans, cōfiteretur, vt vt qd
incidisset, deniq; diaboli ista ludicra infinita, vidi multis tanta
fuisse seria, vt prope insanierint. At qui in corde odiū vel
inuidiam occultā alerent, ante & post missam maledicerent,
ociose fabularentur, detraherēt, nihil mouebat, vnde hæc per-
uersitas. Ex traditionibus hominū auersantiū (vt Ap̄tus ait)
veritatē. Et quia deo verorū peccatorū cōfessionē neglexim⁹
offerre, tradidit in sensum reprobū, vt si cētis peccatis, nos ipsos
illudamus & sacramētū beneficii priuemus, eo maxie studio,
quo maxime querere videmur. Huius farine sunt, qui
horarū Canonicarū neglectum, prope irremissibile peccatum
fecerunt, cum interim fornicationes cōtra dei præceptum, aut
p̄missa studia erga proximū, facile remittant, Inuenias, qui S.